

& ideo meretur ad Imperii culmen evehi. Ferdinandus II. tota septimana Theophorie comes in Ss. Eucharistia non curans tumorem manus, quem ex gestatione continua cerei contraxerat. Cum ad agrorum deportabatur, solebat e rheda descendere & pedes sequi usque in domum agrorantis non obstante pluvio caelo, fordidam via, & aliis incommodis. D. 3. 39.

Rex Hungarorum Joannes Hunniades tanta devotione ferebatur in Ss. Sacramentum, ut semper pedes in templum iverit. Cum letali agitudine correptus admoneretur, ut Ss. Viaticum pro itinere aternitatis sibi afferri curaret, reposuit, aquam esse, ut servus Dominum, non Dominus servum conveniret. Sic lassum se, agrumque in Ecclesiam portari voluit, ibique Ss. Sacramento refectus inter manus Sacerdotum exspiravit. *Aeneas Silv.*

82. Ardenter desiderandum.

Puella quaedam Americana agrorantis peccati sacrum Viaticum, sed quoniam sacerdos eam haud satis instructam invenit ad hoc Ss. Mysterium, communionem differre voluit usque ad meliorem informationem. Puella refugium sumit ad Beatissimam Virginem, & ecce! hanc illi apparet, canque instruit: cum igitur a sacerdote mirabiliter erudita reperitur, facile impetrat hanc gratiam. R. cent. 3. mir. 26.

Agroranti Legato Moscovitico Londini Rex Carolus alicum misit, ut eum salutaret & solaretur, simulque nunciari jussit, si non convalesceret, seipsum ad eum inviturum. Admiratus legatus reposuit, si in sinu Abrahae essem, Regi occurrerem, & tantam humanitatem deprecarer. T. nu. 394. Quanta ergo gratia, cum Rex caeli & terrae venit ad agrorantem?

S. Aichardus in Grimesiensi cenobio nongentorum Monachorum Abbas, rogat Deum, ut tantum onus sibi alleviaret. Et ecce! ad vesperum illi apparet Angelus, nuntiaturque intra triduum, dimidiam partem Monachorum morturam. S. Abbas convocat illos in locum Capituli, illos Ss. Viatico munit, & revera hora tertia una, hora sexta altera, hora nona tertia pars exspiravit. N. 15. Sept.

83. Supra plateas portatum devoto adoretur.

Friburgi anno 1346. haud procul ab urbe convenerat petulans juvenis, quae in

esum, potum, choreas, & omnem infolentiam effundebatur. Durante hoc lusu veniebat sacerdos, cum Ss. Viatico, quod ad agrorum portabat, praecedente aditico cum campanula. Moniti sunt igitur juvenes & puella, ut choreas abrupterent: & ecce! petulans una reposuit, quod patris sui porci multas ejusmodi campanulas & collo gererent. Cum ergo perrexerunt choreas ducere, subito calum obnubilatum tam copiosos imbres effudit, ut tota illa vallis terribili inundatione submersa sit, omnesque homines & pecora interierint. Quin imo ne quidem eorum cadavera reperta sunt, exceptis aliquot infantibus, qui in canis ex arboribus pendebant. Spondan. in Annal. Ecl. num. 33.

Ipsa etiam bruta adorant Ss. Eucharistiam. Cum fures sacrum Vas Offensorium, quod Monstrantium vocamus, furto ex Ecclesia auferrent, illudque vitioris, quam putarant, materiae comperirent, in agrum illud abiecerunt. Cumque agricola agrum illum araret, venientes boves ad eum locum in genua procidit Ss. Sacramentum adorant, nec poterant subsistit abigi, donec Episcopus illud, cum numerofo Christianorum comitatu, in templum referret. Petulans Vetula Ss. Hostiam communionem acceptam, fere lucri in apisarium clulst, & ecce! apes ex cera pulcherrimum illi altare edificarunt. Ovicula S. Francisci in templo sub elevatione semper in genua proci dens, submissio capite adorabat Ss. Hostiam. Cum eques itinerans Ss. Eucharistia, quae ad agrorum portabatur, nullum honorem deferret, equus in genua proci dens. *Vide Davenport: de Sacram. c. 5. tit. 13.*

84. Ministratur mirabiliter.

B. Odoricus vidit B. V. comitantibus sanctis Virginibus ire ad pauperem Virginem, invisendam in ultimo agone, quae & ipsi, nempe B. Odorico praecipit, ut huic Virgini Ss. Viaticum afferret. N. 14. Jan.

S. Tarcisus fultibus, & lapidibus occisus Martyr, cum Ss. Sacramentum ad agrum, ultimo Viatico munendum deferebat, illud in ejus manibus, ne contaminaretur, disparuit. N. 15. Aug.

S. Raymond, itinerans in extremum morbum incidit: rogabat Deum, ut se sine Sacramentis mori non pateretur. Et ecce! dum sacerdos tardat, Angelorum ministerio Ss. Viaticum recepit. N. 31. Aug. Cum

Cum S. Magdalena, triginta annis ab omni hominum consortio remota extremam vitam diem, quidam Eremita incola vidit Angelos in solitudinem adventantes, qui illius animam in caelum transferrent. Sed & Eremita incola visus est a S. Magdalena, quae eum rogabat, ut sanctum Maximinum Episcopum cum Venerabili Sacramento advocaret: factum, ut rogatum: Magdalena Ss. Viatico ab Episcopo munita, & hoc pie reflecta confestim ab Angelis in caelum translata est. *Petrus de Natal.*

Idem contigit S. Mariae Aegyptiae, quae post quadraginta annorum solitudinem rogans Deum, ut se sine Ss. Viatico mori non permitteret, a Sacerdote Zosima coelestis submissio, reflecta est. *Niceph.*

POENITENTIA UT SACRAMENTUM.

85. Valde efficax ad remittenda peccata.

Per transitum maris rubri praefiguratus fuit Baptismus, in quo omnes fideles terram promissam Ecclesiae ingressuri ab originalis peccati macula purgantur in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Per transitum autem Jordanis Duce Josue, praefiguratur Sacramentum poenitentiae. 1. Sicut Hebraei post transitum Jordanis celebrarunt Pascha; sic post poenitentiam sumitur Eucharistia, in qua Christus tanquam Agnus Paschalis manducatur. 2. Per Jordanem Hebraei ingressi sunt terram promissam, per poenitentiam ingreditur poenitens vitam sanctam, & coelestem. 3. Jordanes a Deo actus intimuit, & conversus est retrorsum; ita poenitens vitam commutat, qui antea ambiebat terrenam, nunc aspirat ad coelestem. 4. In Jordane Naaman lepram abluit; ita peccator per poenitentiam peccati lepram expurgat. 5. Dentique & maxime, sicut in Baptismo, ita & in poenitentia peccati maculae in nomine Ss. Trinitatis abluuntur. Audiamus Bernardum: *Quid humine isto (Jordanes) eminentius, quod ipsa Trinitas sibi quaedam evidenti praesentia dedicavit? Pater auditus, visus Spiritus Sanctus, Filius est baptizatus.* C. Josue 4. v. 23. ad finem. Vide Tit. Poenitentia ut Virtus.

Populus Israel coram Deo factus est peccata sua grandia, & ad poenam promerita se obtulit, abiciens idola sua omnia: Quid Deus? Doluit super miseriis eorum, ait facer textus.

Vix poenitens David, erupit in gemitum illud: *Peccavi Domino! Mox Propheeta subinstitit: Dominus transiit peccatum tuum.*

86. Fieri non potest sine gratia Dei.

Concilium Tridentinum declarat: *Ju. Conc. Trid. Sufficienter eorum in adultis, a Dei fessio. 1. per JESUM Christum praevieniente gratia suscipiendum esse, hoc est, ab ejus vocacione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, ut qui per peccata a Deo aversi erant, per ejus excitantem, & adjuvantem gratiam ad convertendum... cooperando disponantur.*

Gratia haec partim est praevieniens, partim adjuvans: Praevieniens est, seu excitans, de qua Psalmista ait: *Miserere cordis mei Deus praevienit me.* Gratia adjuvans, de qua Apostolus: *Deus operatur in vobis velle & perficere.* Item Tridentinum: *Deus jubendo monet facere, quod fieri possit, & petere, quod non possit, & adjuvare, quod possit.*

Porro gratia Dei dividitur in sufficientem, & efficacem: Sufficientis est, qua Deus ita movet, ut homo possit operari si volet, non autem operatur, non quia ipsi deest gratia, sed quia ipse deest gratia. Efficax est, quae ita movet, ut revera homo convertatur: de hac S. Joann. Apostolus: *Omnis qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me.* Et S. Augustinus: *S. Augustinus: Deus novit sic docere, ut non tantum suadeat, sed & perluadeat.*

Jam haec gratia necessaria est ad poenitentium, dicente Apostolo: *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Sicut visus errans, ex se non redit, nisi quaezatur a Pastore: & sicut volucres, quae Apodes dicuntur, quia pedibus carent, si in terram se dimittant, ad volatum surgere non possunt, nisi vento eleventur; ita peccator ad poenitentium surgere non potest, nisi gratia Spiritus Sancti praevientur, &c. Marchant. Cand. Myl. tr. 5. lect. 1. Prop. 1.

87. Resuscitat merita mortificata.

Notandum, alia esse opera mortua, alia mortificata. Mortua sunt, quae sunt in statu peccati mortalis, & haec quia per gratiam nunquam vixerunt, nunquam reviviscunt; Deus enim prius ad personam operantem respicit, quam ad operationem: *Respexit Deus ad Abel.* Gen. 4. ad

Psal. 58.

Philipp. 1.

Trident.

quod fess. 6.

Joani. 6.

s. August.

Ep. 102.

Joani. 6.

s. August.

Ep. 102.

Gen. 4.

ad munera ejus. Opera mortificata sunt, quæ in statu gratiæ facta, per peccatum extinda sunt, & hæc per poenitentiam refuscitantur, & resurgunt poenitentia, sic Deus per Joëlem Prophetam promittit: *Convertimini ad me in toto corde vestro...*

Incl. 12.

Et redam vobis annos, quos comedisti herba, bruchus, arugis, & eruca, ex quo textu S. Hieronymus, & alii Sancti Patres, restitutionem bonorum operum post poenitentiam desumunt; est enim gravis afflictio iustis, si meritorum thesaurus compluribus annis collectos per unicum peccatum, sine omni spe recuperationis perderent. Parem in modum ait

Mar. 6.

Apostolus: Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & ministrastis. Ex quo facit Interpretes resuscitentiam meritorum per poenitentiam colligunt.

Confirmatur exemplo filii prodigi, quam Pater a siliquis reducem, sola prima, & anulo honoravit: quid hoc est aliud, quam peccatore de domo patris profugum, & revertentem in pristinum amicitiam recipi! Marchant. tr. 5. Prop. 3.

Verum, quod bene notandum, de hac Dei misericordia presumendum non est: Monachus in Persiano Monasterio Prælaturas affectans, demoni se mancipavit eo pacto, ut tribus ante mortem diebus se mortitum præmoneret. Spondit demoni, sed Monachus adveniente die, insolenti fopore oppressus, excitari ad res sacras non poterat. Alius dicens se sperare in quinque verbis: Deus propitius esto mihi peccatori, in itinere ab hircio in inguine ictus, amisso rationis usu perit. Dein Deus per veniam est tollat peccatum, non simul tollit inclinationes peccati, & etiam donec gratiam sanctificantem, non simul tribuit gratias accidentales ad victoriam temptationum necessarias. Marchant. ibid.

1. Par. 33.

Manasses Rex victus in Babylonem ductus egit contritentiam magnam valde. Et ecce! adeo Deum placavit, ut redemptus fuerit in Jerusalem regnum suum! reddita sunt illi sceptrum & corona.

88. Est necessaria post relapsum.

Quid superest naufrago, nisi tabula constractæ navis, qua in litus enatet? Quid superest agrotto ad salutem, nisi pharmacum a Medico prescriptum? Quid vulnerato, nisi emplastrum a chirurgo

præparatum? Quid prolapsio in lacunam, nisi lavacrum, quo sordes abluat? Sic poenitentia est secunda post naufragium tabula, est pharmacum animæ, est emplastrum post vulnus peccati, & lavacrum, quo sordes infernales abstergantur &c.

Sicut nondum regeneratis Sacramentum Baptismi necessarium est, ita relapsis Sacramentum poenitentia, ait Conc. Trid. c. 2. *Est lapsus post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus, ea tamen differencia, quod in Baptismo conferatur gratia regenerans, per quam efficiuntur membra Christi, per poenitentiam gratia sanans, per quam membra Christi fauciata restaurantur.*

Marchant. trad. 5. Prop. 2. *Figura poenitentia fuit vas æneum ante portam templi, quo ingredientes se lavabant. Item piscina probatica, qua cæci, claudi, & omnis generis infirmi sanantur. Ibid.*

Quandiu Mara, quæ interpretatur amaritudinem poenitentia. Nemo auste, aiebat S. Augustinus, sine poenitentia mori, etiam si nullius peccati sibi conscius sit. Job, utur innocens, timens Deum, & recedens a malo, tamen dixit: Ego ago poenitentiam in cinere, & cilicio.

89. Placat iram Dei.

Holofernes cum terribili exercitu obfideret voluit Bethuliam: Sacerdotes induerunt se ciliciis, & ex toto corde totus populus orabat ad Dominum. Quid factum? Dominus exaudivit eos, & mirabili dispositione urbem liberavit.

Ninivites crediderunt prædicationi Jonæ, & jejunantes, & induentes se sacco: & ecce! Deus avertit ab eis malum, quod minatus fuerat.

Dum fratres Joseph propter furum sopphe se humiliant, amicissime habentur: ita peccator contritus & humiliatus a Deo in amicum recipitur. B. fer. 46. nu. 3.

Imaginare tibi aerem grandinosa tempestate tumultuantem: cælum nigris nubibus obscuratur, fulgura frequenter micant, tonitrua terram concutiunt, fruges conteruntur, incendia domuum confurgunt, tremunt homines & pecudes: cum subito ab oriente con-

Num. 17.

Judith. 4.

Jona 3.

lur-

furgens ventus, nubes recundit, cælum aperit, solem reducit, omnemque tempestatis luctum mitigat. Sic fit proportionaliter per poenitentiam! furor Divini cordis pacificatur, Deus peccatorem benigno oculo respicere incipit, peccata condonat, in amicum illum recipit, mserita deperdita restituit, & cui igneam sedem in inferno paraverat, jam thronum in cælesti gloria erigit. Quantum hoc misericordie prodigium! Audiamus Ludovicum Blosium: *Deus, cum sit fons immensa misericordie, non potest non iugiter ei, qui ipsum humiliter, & confidenter invocat, etiam si peccata totius mundi milies commisisset &c.*

Pœnitens.

90. Serio & ardentem poenitentem.

TUdas confessus est, & tamen laqueo se suspendit: Quare? quia Sacerdotibus & Phariseis confessus est, quia erant æque scelerati, & complices ejusdem prodicionis. Si confessus fuisset Apostolis, ei remissa fuissent peccata. M. conc. 19. als. 1. n. 11. Quis credat poenitentem serio agere, qui de industria confessarium indocuum, aut complicem, ejusdem peccati ream querit?

Quis credat poenitentem serio agere, qui post poenitentiam sine ulla morum mutatione, tam languide & negligenter postea, quam antea vivit? Qui post peccatum commissum poenitentiam ad plures septimanas & menses, imo tamdiu differit, donec jugum diaboli ipsi intolerabile fiat? Qui post confessionem adeo non æstimat recuperatam gratiam, ut mox in pristinum peccatum relapsus amicitia Dei iterum renuntiet? Qui furum unius florenti plus, quam jacturam Dei deplorat? Qui ad vincendas tentationes nullam sibi vim infert? qui occasiones & pericula peccati audacter velut antea frequentat?

Fruges terræ, uti poma hortorum, a sparagi, lactucæ, aliaque, quæ hyemali tempore per artem, id est, per vitiorum calorem, aliaque fomenta educantur, non eundem colorem, saporemque habent, quem fruges, floresque æstivo tempore nati, & insuper mox putrescunt: Ita poenitentia frigide percipit, & quasi coacta non durat, sed statim deficit &c.

David & Saul uterque monitus a Propheta penituit: sed non uterque serio; David veniam obtinuit, Saul rejectus est &c.

91. Post conversionem experitur graviores tentationes.

Hebræi quando venerunt in Masphar, quod interpretatur locus Judicii sui poenitentia, Philistæos haberunt adversarios. S. p. 34. fol. 149.

Pharao luto, & lateribus molestavit Israelitas, quia proxime ex Ægypto exituri erant: ita demon molestat exituros e peccatis. Quamprimum populus bibit e petra, debuit pugnare cum Amalec: ita quamprimum aliquis percipit Sacramenta, e Petra id est Christo, hostem habet infensorem. S. p. 34. f. 149.

Rabidi canes non allatrant sedentem, aut stantem, sed currentem, & fugientem: ita canis infernalis, cum videt te redeuntem ad Deum per poenitentiam, & fugientem peccaminosa pericula, ac consortia, latratum, id est tentationes suas duplicat.

Isaia dicit: *Quis est qui dicit: Non habeo peccatum, & circumvenit in puteis, nullam tibi sup-*

Pharao Israelitas ex Ægypto discessuros luto & lapidibus occupat; ita demon quos a peccati servitute discedere facit, fordibus tentationum magis, quam antea molestat, ait S. Bernardus. S. p. 24. fol. 149.

Hinc monitum illud Divini Spiritus: *Fili accedens ad servitutem Dei, prepara cor tuum ad tentationes; sicut enim hostilis munitionem urbem sibi ereptam recuperare studet; ita orcinus hostis recuperandæ animæ, sibi ereptæ, machinas omnes admoveat.*

92. Post peccata commissata tanto alacris resurgat.

Si prudenter gubernare te possis post peccata commissata, non solum nihil tibi afferent damni, sed majori lucro tibi servient. *Ego autem humiliatus sum nimis.* Ps. 80. Gere te sicut ille, qui turpiter cessit prælio. Et licet humiliatio, non solum te eximet pœnis promeritis, sed evehat ad thronum inter Sanctos. *Sapientia humiliati exaltabit caput illius &c.* Segn. Manna 12. Maji 2.

Nunquam permittas te ad inimico ita circumveniri ut puteis, nullam tibi sup-

Ps. 80.

superesse spem altius emergendi: Dominus te brachis suis sustinet, gratia roborat, & poenitens fuit Petrus, poenitens Paulus, & jam inter magnates regnant, imo magnatum maximi sunt &c. Segn. Matthei 17. Maji 4.

Rebecca, quam Isaac sponsam sibi adlegit, fuit figura poenitentis animæ, nam 1. Virgo fuit: ita Christus vult, ut poenitens anima ab omni amore carnali sit aliena. 2. A famulo Isaac fuit in labore inventa: ita Christus vult, ut anima poenitens sit laboriosa, & cooperetur ad suam conversionem. 3. Rebecca omnibus relictis familiaribus renunciet. 4. Rebecca appropinquans Isaac descendit a camelo: ita anima debet relinquere, quicquid brutale & tortuosum est. 5. Rebecca mansit cum Isaac, non reversa est ad domum patris: ita anima debet perseverare cum Christo usque in finem. C. Gen. 24. v. 67.

Cum populus Israel insudavit, Dominum Deum ob murmurationem sibi esse iratum, doluit valde, statuitque firmo proposito, de mane plus facienti, quam Dominus Iesus præceperat. Qui vere poenitet, non contentus est eo, quod medicenter doleat, sed superabundanter per opera supererogatoria studet Deo satisfacere &c.

93. Mirabiliter vocatur a Deo.

Deus mirabilibus modis vocat, & commovet peccatorem ad poenitentiam; nam 1. interdum immitte terrorem insolitum conscientie. 2. Interdum abstractam a terreno tumultu excitat internis vobis. 3. Beneficis suavitatibus allicit. 4. Aliorum exemplis trahit. 5. Iudicio Divino & flammis æternis ad lacrymas movet. 6. Quandoque moribus, & flagella immitte. 7. Quandoque per Confessarios & Concionatores monet, & hortatur, ut a peccatis periculis ad vitam vitam transeamus.

Sic Paulum, dum spirans minarum Damascus ad crades discipulorum pergeret, fulmine ab equo excussum docuit clamare: Domine, quid me vis facere.

Sic Mattheum duobus verbulis: Sequere me! a telonit uturis ad sui sequelam traxit.

Sic Samaritanam ad puteum dulci alioquo ad fontem aquæ vivæ perduxit.

Vis plura? Maria Ægyptia in Syriam navigat, ut ibi tanto liberius Veneri va-

care possit. Per curiositatem dum Hierosolymis templum S. Crucis vult ingredi, ter arcana vi repellitur. Territa implorat opem Beatissimæ Dei Matris, hanc patrocinio in templum admittit, tantam de peccatis contritionem concipit, ut in poenitentia facta fuerit altera Magdalena.

Thais impudentissima meretrix, dum Paphnutium Abbatem ad nefas allicit, ab eo presentia Dei omnia videns memoria adeo terretur, ut illa ex peccatrice facta sit poenitentium exemplar?

Quid dicam de S. Pelagia? hæc in urbe Antiochia vanitatis idolum auro & gemmis sese ornabat, ut lascivientium oculos, animosque ad se attraheret. Vidit eam S. Nonnus Episcopus, fibique illacrymatus est, deplorans, quod tantam diligentiam non adhiberet in ornatu animæ ad placendum Deo, quantum illa in ornatu corporis ad placendum mundo. Paulo post Pelagia S. Episcopum e suggestu dicentem audiens, adeo amittus commovetur, ut mundum deserens in montem Oliveti confugerit, ibique prodigium austeræ poenitentia facta sit &c. Marchant. Candel. Myst. tract. 5. lect. 2. prop. 1.

Contritio.

94. Quanta sit efficacia ad delenda peccata.

Magna est velut mare contritio tua. Sicut enim mare cadavera evomit, ita contritio peccata ex animo pellit. B. ferm. 55. §. 5.

S. Chrysostomus ait: Peccasti luxurii? S. Chry. Hom. 11. de conc. de nat. Esch. 18. peccatum solvisti. S. p. 10. f. 576. Idque omne conformiter ad promissionem Dei per Prophetam: Si impius egerit poenitentiam ab omnibus operibus, que operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iustitiam, & iudicium, vita vivet, & non morietur. Esch.

Fortis est, ut mors dilectio. In quo conveniunt mors, & dilectio? Respondens sicut mors finem facit peccato, ita & dilectio. M. conc. 2. afl. 3. n. 4.

Monachus quidam forem suam, in urbe meretricem convertit, & adeo inflammatur, ut illa in instanti decreverit, fratrem in eremum sequi. In via autem ex vi contritionis defecit viribus, & mortua, atque salvata est. E. Verbo Contritio n. 1.

Juvenis admodum sceleratus urgente con-

conscientia confessionem facere decrevit, sed præ doloris magnitudine, singultiente voce loqui non potuit. Monuit Confessarius, ut peccata sua scriberet: scripsit. Cum autem Confessarius scriptum legeret, oblituit & ob enormitatem criminum licentiam petiit, ut Abbati Monasterii scbedam exhibere posset. Annuit juvenis, verum Abbas non nisi albicantem papyrus vidit, peccatis mirabiliter deletis ob vim contritionis. E. Verbo Contritio n. 4.

Cuidam ob incestuosum scelus septem poenitentium Confessarius injunxit: poenitens graviozem petiit, & Confessarius tridui jejunium illi præcepit. Poenitens amplius plorans rogavit poenitentiam proportionatam, & Confessarius iussit eum unicum Pater noster dicere, addens, sciret pro certo peccatum illi remissum esse. Poenitens ejulans præ dolore ibi repente mortuus est, creditur, sine ullo purgatorio salvatus fuisse. E. Verbo Contritio n. 14. E. Poenitentia n. 6. Daveroult. tit. 26. c. 5. n. 2.

95. Est necessaria ad veram poenitentiam.

Multi Christiani sunt valde rudes, nec operam dant, ut vera contritionis elicienda modum solide addiscant. An horum confessiones placebunt Deo? Nequam! sicut illi qui e locis peste infectis itinerantes, nisi litteras testimonialis habeant, non admittuntur in urbem, etiam si ignorantiam prædant: ita ejusmodi poenitentes si hinc abeant, interrogabuntur in cali porta, ubi est dolor, qui ad confessionem requirebatur; Domine, reponet peccator, non putabam alto dolore opus esse, quam quem revera elieui: tamen huic excusationi non erit locus, & peccator, hæc non obstantem ignorantiam, in calum non admittetur. P. p. 3. dicit. 18. n. 3.

Quæres, quænam & qualis sit ista contritio? Respondet: Est dolor animi peccata sua detestantis, & ad vitam meliorem aspirantis. Seu, ut Conc. Trid. definit. Est animi dolor & detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Duo igitur includit contritio: dolorem animi seu detestationem peccati commissi propter Deum offensum ut summum Bonum. Ex quo ratio patet, cur poenitentia Davidis coram Deo fuit grata, non autem Saulis; quia nimium ille doluit propter Deum offensum, ille vero tantum propter regnum amil-

sum &c. Alterum, quod contritio includere debet, est propositum non peccandi de cætero; necesse est firmiter solvete, non tantum peccatum vitare, sed & occasiones illius; familiaritates periculosas, aliaque quæ disponunt ad relapsum. Hæc igitur contritio ad poenitentiam necessaria est, non solum deserti peccatum præteritum, sed etiam præcavere futurum &c.

Parisis, Juvenis sceleratus, in ultimo morbo confessionem faciens, ab omnibus creditur pie ac beate mortuus. Ille tamen post mortem apparet damnatum se asserit, defectu contritionis seu propositi; quia nimirum affectum & voluntatem reincurit redeundi ad antiqua scelera, si convalesceret. Daveroult cap. 3. tit. 26. n. 1.

Poenitentia idem est ac poenitentia, est immutatio animi seu conversio a peccatis ad Deum, Poenitens est quasi sibi inscens; sed hoc omne haberi non potest sine seria contritione. Scorpius cum hominem vulneraverit, conteri debet ac milticium modico balsamo vulnere imponi, sic proderit per modum emplastri. Ita os peccato intoxicatum conteri, ac lacrymis miltium compungi debet, ut veniam ac gratiam obtineat &c.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum: ubi S. Aug. s. Aug. ad poenitentiam agendam non sufficit moribus de poenit. que facta sunt, satisfaciatur per poenitentiam dolorem, & humilitatis gemitum, cooperantibus elemosynis. Gratissima fuit Christo poenitentia Magdalene, Petri, Marci Ægyptiæ, Pelagiæ, Arsenii continuo lacrymantis, aliorumque. C. Lev. 4. v. 18.

96. Procedere debet ex amore Dei.

Deus ex se infinite bonus, & propter perfectiones suas infinite amabilis est, etiam fine nostro commodo & enolamento. Verum etiam amabilissimus est, quia bonus erga nos. Cum igitur cogitat peccator, se a Deo beneficium creationis, redemptionis, conservationis, aliaque particularia plurima accepisse, laxum esset, si non in lacrymas & gemitus diffunderet, quod Dominum tam bonum offenderit. Angelus improperavit populo peccanti beneficia Dei, & ecce elevaverunt omnes vocem suam, & flaverunt.

Multi confidunt in sua poenitentia, quæ tamen inutilis est; quia ex motibus mere naturalibus procedit. Sic Rex Saul non

neorum & aliis. Pontifex Stephanus cui-
dam Adolpho, qui uxorem suam inter-
fecit, terribilem poenitentiam injungit,
iussit eum in Monasterium abire, vino
abstinere, pane & aqua vivere, vigilare
& orare: & cum his omnibus dubiam
adhuc facit remissionem &c. D. 12. 52.

102. Debet esse seria.

Tam Rex Saul, quam David facti sunt:
Peccati. Et tamen tantum huic remissa
sunt peccata, non illi. Cur? S. Augu-
stinus ait: *Dissimile peccus erat, quod Do-
minus discernbat.* B. ferm. 25. n. 21.

Sponsa laudatur a sponso: sicut frag-
men mali punici, ita gena tue, propter
verecundiam: ubi S. Bernardus annotat:
*Quantum displicet Deo impudentia peccato-
ris, tantum placet et verecundia peni-
tentis &c.* B. ferm. 55. §. 4.

Christus in Apostolorum collegium as-
sumptis duos Judas, Thaddzum, & Ica-
riothem: Judas significat confessio: sicut
ergo non omnis Judas, ita nec omnis
confessio placet Deo, quia sepe feria
non est. M. conc. 19. aff. 1. n. 3.

Quo quanta mala sequuntur, si perfur-
torie depererentur confessiones! omnes
enim admittit negligentia a demone obji-
ciuntur in articulo mortis. Terribile est,
quod Chuniacus de Stephano quodam Mo-
nacho enarrat, in morte quasi disputans
luctabatur: interdum clamabat: Ita est,
feci hoc sed poenitui! Interdum, non
est ita, mentiris! alias: Non habeo, quo
me excussem, sed spero in Misericordia
Dei! sic erat horrendum aspectu, & au-
ditu luctamen. Ita obiit, magnum relin-
quens dubium, quae secuta sit sententia.

O Bone Deus! si ab eo, qui vitam in
poenitentia exegit, tam stricta ratio exi-
gebatur, quid nobis fiet, qui hoc salutis
negotium tam negligenter peragimus &c.

103. An feria sit, ex effectu debet desumi.

Thamar & Judas pepererunt duos ge-
mellos Phares, & Zaran: Thamar signi-
ficat contritionem, & Judas confessionem:
Phares significat declinationem a malo,
& Zaram operationem boni: ita omnis
seria confessio hos duos effectus
generare debet. M. conc. 19. aff. 1. n. 9, 10.

Ilios, qui hodie confitentur, & cras ad
eandem peccata redeunt, comparat S. Am-
brosius regulæ nondum coelæ, quo magis
lavatur, eo magis fordescit. B. ferm. 58.
n. 38. S. Augustinus comparat sui lotæ,

& redeunt ad voluntariam: cani redeun-
ti ad vomitum.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus,
cor contritum & humiliatum: definitur
autem sacrificium, oblatio sensibilis per
realem immutationem &c. ergo cor con-
tritum & humiliatum debet realiter im-
mutari: ergo occasiones debent vitari,
voluptates contemni &c. &c.

Nunquam vidisti, quid in Palastra pu-
gilum contingat? En! duo gladiatores ar-
mata manu congregiuntur, stricisque gla-
diis unus alterius jugulum percutit. Exhor-
telciscis, & in momenta singula eadem
expectas! Verum non serio res agitur!
Magister & discipulus in arte gladiatoria
sele exercent, paulo post pacem compo-
nunt, & amicissime confabulantur. Ita
fit in multis confessionibus: pugnatur
contra Diabolum, paraturque, hinc in-
terneckia strage vincendum, ac delendum
esse! verum paulo post confatur pristina
cum inimico amicitia, frequentantur
iterum occasiones, & familiaritates per-
iculosæ, sunt eadem peccata, quis credat
confessionem fuisse feriam? Lulus fuit, &
bellum mere scenicum &c.

104. Remittit peccata, quantum hoc
beneficium.

S. Chrysostronus commendans benefi-
cium remissionis peccati ait: *Nisi misere-
coriam ipsius subvenisset, tantum illud pecca-
torum pondus sine dubio in imis nos infer-
ni panis, supplicijque pressisset.* B. ferm.
57. n. 25.

Rex voluit rationem ponere cum ser-
vis, & dein debitum omne dimisit: ad
quid ratio ineunda erat, si volebat dimit-
tere? S. Chrysostr. respondet: *Ideo autem, s. Chry-
st. antequam rationem poneret, debitum non
dimisit, quia docere voluit, a quantum de-
bitis eum liberabat.* B. ferm. 57. n. 26.

Dum miles quidam sub arbore adule-
terium committit, vidit uxor in fornix
eum gladio confodi: dum autem miles
sub eadem arbore confitetur, & confessio-
narius illi propter ardentissimam contritio-
nem non nisi quinque salutationem An-
gelicam injungit, vidit uxor in fornio il-
lum a superveniente medico vulneratum
quinque fibulæ sanari. E. Verbo adul-
terium ex. 6.

Diabolus alicui arcana peccata publice
improperavit. Ille abiit & confitetur:
dumque redit, circumstantes dixerunt
Diabolo: ecce! amicus tuus adest, cui
peccata exprobat. Et obsequius: Ego nihil
illi

illi exprobravi, nil mali scio de ipso,
est innocens. E. Verb. Confessio n. 10.

Origenes ait: *Dum accusat visum, &
confitetur, simul evomit & delitium, at-
que omnem morbi digerit causam.* B. ferm.
55. n. 16. & lb. §. 5.

Morus scorpionis venenosus & leta-
lis est: quod si vero scorpione atteratur, &
oleo immergatur, prodest contra venen-
um, & vulnus sanat. Philot. c. 19.

Sicut peccatum maximum est omnium
malorum; ita remissio maximum est bo-
norum omnium; peccatum enim est quasi
Deicidium, imo verissime Christificidium,
quia expiari illud non potuit, nisi san-
guine & morte Christi. Tantum contra
bonum est remissio peccati, quia fit per
gratiam Dei, & ut loquitur S. Augusti-
nus: Majus opus Dei est justificatio im-
pii, quam creatio cæli, & terræ. Idem
affirmat S. Thomas. Hinc sancti poeni-
tentis mirum in modum exultabant de
iugo peccati excusso, & extraordinarius
austeritatis gratiam Dei conservare stu-
debant, ut S. Petrus, S. Paulus, S. Mag-
dalena, S. Maria Ægyptia &c. C. Mich.
7. v. 20. Et Act. 3. v. 26.

Femina Alexandria confessionem fa-
ctura præ mera verecundia loqui non po-
terat, scripsit ergo peccata sua in sche-
da, eaque S. Patriarchæ Joanni Eleemo-
sinariorum legenda obtulit: legit sanctus,
eique abolutionem imperiit: & ecce!
peccata in papyro omnia deleta sunt, ac-
que loco eorum scriptam erat: *Remit-
tuntur tibi peccata tua!* Surius in vita S.
Joan. Eleemof.

105. Vincit, & fugat diabolum.

S. Aflion Martyr: per confessionem cu-
ratus fuit a turpi cogitatione, & Diabo-
lus ab eo specie nigri pueri cum facula
ardente recessit, dicens: *Confessio tua, o
Aflion, magnas meas vires contrivit.* S.
Macarius Theopempo confessionem per-
suadet, & a tentatione blasphemæ libe-
rat. Scorpion solitus furari paxinatium
ad explendum gulam, confessus ab omni
tentatione gulæ & furti liber fuit: da-
mon enim specie lampadis e sinu ipsius
egredi vilis est, miro factore cellam re-
pleti. Aflion per quatuordecim annos for-
nicatione tentatus, quod per jejuni-
um non obtinuit, confessione liberatus est.
S. Ildorus ait: *Confessio sanat, confessio
iustificat, confessio peccati veniam donat*
&c. C. Lev. c. 6. v. 4.

Goliath in faciem cecidit, dum in

fronte ielus est: sic demon sternitur, si
peccata ipsi in faciem projiciantur. Mar-
chias Faber ait: *Cadit in faciem demon,
quia confessio peccatoris machinatio illius
confunditur, & sternitur.* B. ferm. 56. n. 18.

Diabolus optaret omnes peccatores fieri
mutos, quia per confessionem illi ex
ejus potestate eripiuntur. Paoletti Dom.
3. Quadri.

Quidam adulter marito suspectus erat:
cum igitur in vicinia esset obfessus, ex
quo demon occulta peccata propalaret,
dixit illuc maritus adulterum. Hic me-
tuens prodi prius fecerit in stabulum,
ibique rogat famulum, ut se confitentem
audiret (tanta erat illius confidentia in
confessione) audit famulus. Et tunc a-
duler ad obfessum cum marito perrexit:
demon autem cum innocenter proclama-
vit, latina lingua subjungens in stabulo
iustificatus est. E. Verb. Confessio n. 9.

Diabolus ipse fatetur, nihil regno suo
adeo nocere, quam confessionem. E.
Verb. Confessio n. 15.

Contra omnes Satanz insulsum mun-
nit sacra confessio; ipsa omnes ejus vi-
res enervat, fraudes detegit, dolos aper-
it, perplexitates difficit: Unde S. Hiero-
nymus ait: *Siquem serpens diabolus in
occulte momorderit, & peccati veneno
inseceit, si occultat vulnus, Medicus ei
prodesse non poterit; quod enim ignorat
medicina, non curat.* C. in Acta Apost.
c. 19. v. 18.

106. Debet esse integra.

Rex Saul a Deo eclusus est a regno:
Quare? quia iustus omnes Amalecitas de-
lere, Regi Agag vitæ gratiam fecit:
quod prodest, o peccator, si viginti
peccata deleas, interm Rex adhuc vivat?
B. ferm. 25. n. 21.

S. Cyrillus vidit demonem circuire
confessionalia: quæstus respondit, se
restituere ablatum: nempe verecundiam,
quam peccanti abstulit, poenitentis resti-
tuit, ut impediatur integritatem confes-
sionis. B. ferm. 56. n. 6.

Effunde sicut aqua cor tuum: Cur sicut
aquam, cur non sicut oleum, vinum &c.
Resp. Quia alii liquores non tam faste-
ste effunduntur sicut aqua, fed perferunt
odorem relinquunt: ita cot a peccatis
evacuandum est perfecte. B. ferm. 56.
n. 7. ferm. 57. n. 16.

Judas crepuit medius, quia non inte-
gre confessus est: tantum enim fatus est,
quod tradiderit sanguinem iustum, nihil
dixit

S. Bern.
ferm. 5.
in Cant.

etim.
no. 7.

S. Thom.
2. 2. q. 115.
a. 2.

S. Hier.
in Jerol.
10.

48 dixit de indigna communione, nihil de fortis, nihil de mormuratione contra Magdalenam &c. M. conc. 19. aff. 1. n. 6.

Christus liberaturus demoniacum quæsit nomen ex damone; ille reponit esse legionem, id est 6666, ubi Card. Hugo advenit: *Vult extorquere confessionem multitudinis*. B. ferm. 55. n. 16.

Exponi debent non tantum species, & numerus, sed etiam circumstantiæ speciem mutantes: Judas male confessus est: *Peccavi tradens sanguinem justum*, licet enim indicaverit proditorem, & homicidium, tamen subiecit simoniam. B. ferm. 55. n. 28. ferm. 56. n. 3.

Sicut tormentum rumpitur, si os illius obstruitur: ita anima in deteriore statu venit, quam fuit antea, si peccata coelet. B. ferm. 65. n. 20. seq.

Catharina Puella Peruana impudicitias suas in confessione subicit, post mortem ut horribile spectrum apparet, & ad damnationem suam peccata fatetur, que noluit fateri ad salutem. R. cent. 3. mir. 24.

107. Est valde grata Deo.

Cain post homicidium infelicissimus erat, & Lamech ejusdem criminis reus, utpote occisor Caini veniam invenit: quæ causa disparitatis? Theodoretus respondet, quia Cain excusare se voluit, dicens: *Nunquid custos sum fratris mei*. Lamech autem falsus est: *Occidi virum*. Verba Theodreti sunt, *Propter peccati confessionem contra se ferens sententiam evitavit sententiam Divinam*. B. ferm. 33. n. 1. ferm. 55. n. 2. 3. seq. ferm. 57. n. 4. 5. S. p. 135. fol. 426.

Petrus in ore piscis didrachma invenit, quo tributum solvit: tributum quod debemus justitiæ Divinæ, in ore proprio invenitur per confessionem. M. conc. 19. aff. 1. n. 7.

Adamum, Cainum, Judam allocutus est Deus: *Ubi es? Ubi est frater tuus? Ad quid venisti?* idque non alium in finem, nisi ut confessionem delicti provocet. B. ferm. 56. n. 1.

Quidni grata sit confessio Deo, cum Christo Domino restituit honorem peccatis ablatum? si filius nobilissimi patris perduellionis accusatus in furcam innocens ageretur, & alius se hujus criminis reum ultro accusaret, nonne injuste occisum a grandi infamia liberaret? hoc agit penitens! Christus Dei Filius cum sceleratis reputatus est: sed a peni-

tente innocens proclamatur, qui quasi fatetur ad pedes Confessarii: Ego sum reus: ego dignus morte crucis, non Christus. B. ferm. 55. n. 6.

108. Quam præstans & utilis sit.

Puer ab Elifco fuscitatus occitavit vitæ: peccator per confessionem ad vitam gratiæ refuscitatus septemdecim virtutem exercet: fidem, spem, caritatem, humilitatem, obedientiam, fortitudinem, justitiam &c. B. ferm. 55. §. 1.

Confessio tranquillat conscientiam, procurat cognitionem sui, incendit caritatem Dei in animo &c. B. ferm. 57. a n. 22. seq.

Ex illis decem, quos Christus misit ad Sacerdotes, unus tantum rediit: *Novos ubi sunt?* reversi sunt ad sua peccata. Cur autem isle procidit in faciem? Glossa ait, ut custodiret sanitatem: penitens ante pedes Vicarii Christi sepe cadat, ut custodiat sanitatem. S. p. 127. f. 366.

Confessio mitigat Divinum Judicium; hinc Apostolus: *Si nosmetipsos dividicemus, non utique judicaremur &c.* Segn. Manna 19. Jul. n. 4.

Confessio est ad salutem necessaria, & ideo peccatoribus valde utilis, Deo autem delectabilis. Paol. Dom. 3. Quadr. *Qui confessus fuerit & reliquerit ea,*

(scilicet) *misericordiam consequetur* ait Sapiens. Et Tertull. *Gebennam exomologes extinguat* &c. C. Lev. 6. v. 4.

Morsus scorpionis venenosus & letalis est: quod si scorpio atoratur, & oleo immergatur, contra venenum prodest, & vulnus sanat. Ita peccatum letale est, in confessione autem expositum sanat. Philoth. c. 19.

Confessio vulnus animi sanat, & fraudes diaboli enervat; nam quia spiritus est tenebrarum, odit lucem, & vincitur si proditur: sic narrat Rufinus, quemdam tentatione blasphemiz ejus revelatione, seu confessione fuisse liberatum. C. in Acta Ap. c. 19. v. 18.

Alii aliis vitiis, uti impudicitia, gula, furo, aliisque per confessionem levati sunt. Idcirco Veteres Monachi, teste Climaco, e cingulo gestarunt libellum, in quo cogitationes per diem occurrentes statim notabant, ut eas revelarent Pastori. Sicut aer nubibus obtenebratus, iis per pluviam effulsus, serenatur; ita per confessionem, qua afflictio quasi in sinum alterius effunditur, exinanitur: gritudine animi. C. in Acta Ap. c. 19. v. 18. Me-

Memorable est, quod scribit Dom. Soto: Norimbergenses miserunt Legatos ad Carolum V. Imp. rogantes, ut publico edicto restitueret, præcipereque confessionem; se enim expertos fuisse, quod postquam illa abrogata esset, scelera in urbe & Republica dominarentur.

109. Quales qualitates habere debeat.

Petrus jussus est ire ad mare, ut ibi denarium in ore piscis inventum tributo penderent: mare est Sacramentum penitentiz propter quadruplicem Analogiam ait Sanctus Antonius Paduanus: 1. facit mare dolorem capitis 2. Stomachum everit. 3. Mover ad vomitum. 4. Adimit orexin ad cibos &c. ita penitentia in sensu morali quatuor hos effectus causat. B. ferm. 55. n. 8.

Judas sceptrum obtinuit: Judas interceptur confessio, quæ sceptrum regni celestis consequitur, debet autem habere eas qualitates, quæ per quinque literas hujus vocis Judas indicantur: nempe litera J. denotat quod debeat esse integra. V. vercuenda. D. dolorosa. A. accusatoria. S. satisfactoria. B. ferm. 55. n. 10. 11.

Debet esse frequens; hic sensus fuit Omnium Sanctorum ad perfectionem Christianam tendentium, sepe & sepe quotidie confiteri: id fecit. S. Hugo Episcopus Gratiopolitanus: S. Catharina Senensis, S. Coleta, S. Margarita de Cordona, S. Carolus Borromeus, S. Franciscus Borgias, & alii. Nadali de signo X. Prædest. c. 1. n. 11. Materiam confessionis habuerunt Sancti, non tantum quotidianas labeculas expiando, sed maculas veteris vite reperendo.

Confessio ita instituenda, ut 1. Imploretur gratia Spiritus sancti. 2. Separantur negotia tantisper, & curæ sæculares. 3. Serio examinetur conscientia. 4. Tam sollicitè peragatur confessio, ac si hæc esset ultima.

110. Debet esse accusatoria, non excusatoria sui.

David ait: *Confitebor adversum me injustitiam meam Domino*. Ubi Beda annotat: *Multi confitentur justitiam suam, & si conscientiam injustitiam suam, tamen non adversus se, sed adversus Dominum*. Enc. B. ferm. 55. §. 7.

Iterum Sanctus David fatetur: *Peccavi Domino*. Non rejicit culpam in modo. Claus. Spirit. univers. Pars III.

hiereum lavantem, non in tentationem, non in pravam constellationem, ut multi, &c. S. punct. 25. fol. 106.

Job tam gloriosus est in confessione suarum infirmitatum, quam bonorum operum. S. punct. 25. fol. 106. & seq.

David tacuit ad delicta, non tacuit ad merita, ideo auerunt ossa ejus. M. conc. 19. aff. 1. n. 4.

Nihil utratius in confessione, quam excusare delicta: Nullum vitium est sine patrocinio, ait Seneca, & vitia, quæ a malum, malum excusare, quam excusare. Superbia vocatur decencia status, Avaritia vocatur decencia luxuria, luxuria vocatur jovialitas, sic passim alia scelera habent suum pallium. Infirmitas hæc est a primis parentibus derivata, Adamus culpam in uxorem, uxor in serpentem rejecit.

Præcipue mulieres huic vicio deditæ sunt: Sara, utur ab Angelo vifatu ride re, auacter tamen negavit: *Non risi!* Impudens illa femina, quæ in lecto suffocavit infantem, alteri illum suffopuit, ne illa oppressisse videretur. S. punct. 25. fol. 107.

Plerique fugiunt nomen peccati, non peccatum. Verum ubi humilitas deest, plerique cum eadem farina peccati ex sacro tribunalis regrediuntur, qua ingressi sunt. Ex duobus, qui templum ingressi sunt, videlicet Pharisæo & Publicano, ille tantum justificatus est, qui falsus est: *Deus propitius esto mihi peccatori* &c.

111. Illius difficultates generose debent superari.

Sanctus Bernardus ait: *Quatuor sunt, quæ impediunt confessionem, pudor, timor, spes, desperatio*. B. ferm. 56. n. 5.

Ipse hujusmodi confessionis difficultates generose quidem videri possent, nisi tot tantisque commotis levaretur. B. 1b.

Tobias ingenti timore percussus fuit intuitu piscis, sed ob utilitatem, & medicandam virtutem superavit: ita tu animose apprehende hunc piscem tibi adeo terribilem, & miras exinde utilitates experteris. B. ferm. 56. n. 8.

An forsan metuis, ne Confessarii recorder tuorum peccatorum? Vir celebrissimus navigabat in Syriam, & causa fuit terribilis tempestatis. Quod ille advertens publicam scditissimorum peccatorum confessionem fecit, & mox mare placatum est. Illud autem mirabile, quod navigantes, dum ad litus appulerunt, omnium omnino oblitisci fuit, quæ in con-

D. scf-

essione audierint: sic Deus Confessariis eripit memoriam. E. Verbo *Confessio* n. 12.

Motiva vincendi ejusmodi difficultates sunt, considerando 1. Non esse dedecus fed honorem revelare peccata, sed potius dedecus esse, ea celare & Deo mentiri. 2. Confessarium non esse Angelum, homines etiam Sanctos cecidisse. 3. Sacrilige confitentem, conscientiam etiam eorum semper manere inrequietam. 4. Peccata hac modo occulta in extremo judicio manifestanda. 5. Confessarium strictissimi silentii obligatione teneri. 6. Per confessionem recuperari merita deperdita, & amicitiam Dei, quod est summum bonum! &c.

112. *Debet generose superare verecundiam.*

7. ad 14. Samson leonem vicit, & rediit in ore illius mel invenit; verecundia talis leo est: aggredere fortiter, & mel in ore ejus invenies, quia magnam dulcedinem, & consolationem animi experieris. B. ferm. 56. n. 16.

Considera quod olim peccata tua, etiam oculicissima tui orbi patebant: praesens igitur nunc uni homini secreto prodere. Religiosus quidam negligens in rapto ad iudicium citatur, ubi invenit Matrem suam sibi exprobrantem: quid est hoc fili, ubi sunt sermones tui: volo salvare animam meam? ad se revocatus austerissimam egit poenitentiam adentidens repetens: si non potui suffragari exprobrationem Matris, quomodo sustinebo Christi & sanctorum adversum me improperium. &c. S. punct. 135. fol. 425. & seq. B. ferm. 56. §. 6.

Considera dictum Sancti Vincentii Ferrerii: si nunc non vis peccatum prodere Parocho, debebis aeternum confiteri in inferno: *In inferno fit confessio, non tamen Deo, sed diabolo curato illius Paroche.* B. ferm. 56. n. 27.

Considera Confessarium peccatorem esse tibi aequalem, aut forte te deteriorum: Ecce! in Sacrificio Missae post consecrationem omnia secreta legit Sacerdos, donec veniat ad illa verba: *Nobis quoque peccatoribus, ubi elata voce peccatus percutit, & quasi seipsum reum agit: Quare hoc credo Ecclesiam ita ordinasse, ut adstantes sciant sacrificantem non Angelum esse, sed peccatorem: & tu horres te profiteri talem, qualis est ipse Confessarius.*

Considera, quod peccata confessa ce-

dant ad gloriam. Sanctus Job gloriosus fuit non minus confitendo infirmitates suas, quam merita. S. punct. 25. fol. 106. punct. 107. fol. 314. pun. 135. fol. 426. ad finem.

Considera, quod hoc ipsum peccatum intueatur Deus, & intritus sic eo momento, quo patratum est. Aliquis talis peccator Christum sub schemate mendicium recipiens, videt quod in occipite oculos habeat. P. p. 2. dif. 1. n. 13. Vide Nucleum Catech. de Poenitentia lect. 85.

113. *Est necessaria ad salutem.*

Mulier in peccatum impudicitiae lapsa ex verecundia subicit illud in confessione. Interim monasterium ingressa miram austeritatem in se ipsam exercet; sed frustra; nam post mortem apparet se damnatam affirmat. Ardius p. 3. de Sacram. Poenit. instr. 1. n. 9.

Alia post mortem mariti luxuriose vivens geminos infantes conceptos occidit, sperans se per elemosynas salvatam iri. Verum post mortem suam filio Monacho pietissimo apparuit in tormentis, & se damnatam esse propter peccatum illud in confessione non detulit asseruit. E. Verbo *Confessio*. n. 23.

In Actis Apostolorum, postquam Paulus eiecit daemonia, quae eieceri non poterant Judaei, dicitur, quod *Multi credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos, ex quibus verbis emittit institutio, & necessitas confessionis contra haereticos; non enim intelligi haec possunt de confessione quadam generali, sed particulari, qua confitebantur actus suos &c. C. Act. 19. v. 18.*

Christus Dominus constituit Apostolos & Sacerdotes in iudices fidelium: *Quorum venieritis peccata, venientur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Joan. 20. *Quorum tenentur peccatores se his iudicibus subicere, & causam conscientiae suae cognoscendam aperire; alias frustranea esset haec potestas Apostolorum, nec possent illi iudicare, quae peccata remittenda, & quae retinenda sint. &c. Frustra igitur haeretici clamant, confessionem esse inventum hominum, quibus enim hominum tam grave humilitatis onus imponere potuisset? &c.*

114. *Mundat animam ab omni fastore peccati.*

Romae femina cum ipso suo filio peccavit, & conceptum ex eo foetum occidit. Diabolus sub specie Advocati eam accusavit. Interim femina confitetur, & invocato B. V. patrocinio in iudicio apparet: & ecce! diabolus eam non novit, inquiens: hanc non esse illam feceratam, sed puram, sanctam. Et sic illa evasit, pro omnibus innocens habita. E. Verbo *Confessio*. n. 7.

Diabolus videns Christianos per confessionem mundari, & debarbari, voluit ipse confiteri. Sed irritum conatu, quia humiliari noluit. E. Verbo *Confessio* n. 13.

Vir quidam antea pius, sensim ad scelera delinxit, & in languore corporis incidit: agnosces igitur peccata esse causam suae infirmitatis, confessus est, & mox expuens animalcula in morem bufonum convulit. E. Verbo *Confessio* n. 8.

Provida natura in variis orbis regionibus salubres thermas excitavit, in quibus lavantes se a variis infirmitatibus tam internis, quam externis possunt sanari. O quam felicem se reputat, qui tali lavacro v. g. a scabie corporis liberatus est, putat se alterum esse Naaman Syrum, qui ad mandatum Prophetae in Jordanis flumine se lavans mundatus est. Et non felicem se reputet peccator, qui fastorem peccati, quo coram Deo similis est demoni, in confessionem abstergere potest? &c.

Confessio Generalis.

115. *Quam utilis ac necessaria sit.*

Sanctus Chrysostomus de peccatis ait: *Si tu memor sis, Deus non erit memor: si tu oblitus fueris, Deus memorabitur.* Quamdiu David dissimulabat peccata, Deus illi indignabatur: quamprimum autem confessus est, statim audivit: *Domine transtulit peccatum tuum &c. B. ferm. 57. n. 6.*

In ordinariis confessionibus nonnunquam negliguntur aliqua, quae tamen peccata sunt, & suo tempore in morte graviter affligent, dicente Bernardo: *Huiusmodi quanta tunc in mentem venient, quae nunc vel nulla esse putantur inconfessa, atque impurgata relinquimus, &c. Defectum hunc supplet confessio generalis: ideo Ezechias Rex constituit: *Recogitabo tibi omnes annos meos.* B. ferm. 57. n. 8.*

Qui sacrum vitae institutum ingrediuntur, qui ad SS. Ordines accedunt, qui novam ordinatamque vitam ordiri volunt, & denique qui nullam adhuc deponerunt, bene, & utiliter confessionem generalem deponunt. B. ferm. 57. §. 4. & 5.

Adhedydis morte Amasis, qui seipsum suspendit, terita, imparam vitam deseruit, & Religiosam in claustrum ingressa est. Infestabat mille modis a daemonem, & nulla ferre remedia proferebat a daemonem repellendum. Tandem suavis amici generalem confessionem fecit, & quamvis daemon clamore & invitatione illam impedire voluerit, tamen strenue seipsum confudit, & sic daemonem abegit, nunquam amplius visum. E. Verbo *Confessio* n. 11.

116. *An omnibus, & quibus suadenda?*

Climacus ait, confessiones scrupulosorum aut etiam impurorum esse, ac si ignis vellet extinguere oleo, aut canis famelicus abigi iactu panum, aut, ait Ludovicus de Ponte, si fordida lacuna agitata cum fastore. B. ferm. 57. §. 2. Non igitur expedit scrupulosos, aut impuros recitare praeterita, quia sicut ignis exiguo statu reaccenditur, ita illi novum perturbationis, aut tentationis periculum incurrit.

Suadenda confessio generalis, si triplex hic finis indubitanter speretur: 1. Ut defectus compentetur, si forsan in antecedentibus confessionibus circa dolorem, aut ipsam accusationem, aut propositum talis admittit sit. 2. Ut confitens plenior, & accuratior conscientia suae notitiam acquirat. 3. Ut dum universa peccata sua in uno qualicumque conspiciunt, in maiorem dolorem, amorem, & satisfaciendi studium erga Deum exardescant.

Post confessionem generalem rite peractam non facile illa repetenda, sed tota peccatorum colluvies perpetua oblivione delenda est, nisi specialis ratio cum consilio confessorii id suaserit. Assuescat confitens deinceps semestribus aut annuis confessionibus.

117. *Quando & quomodo necessaria vel utilis?*

Sponsa assimilatur equitanti Pharaonis: cur non pugnat Madianitarum, aut caedi Sennacherib? Resp. Quia in interitu Pharaonis nec unus remansit: ita nec unum peccatum remanere debet. B. ferm. 57. n. 16. & ibid. §. 3.

O quam infirma sunt peccatorum propo-
 sita! Homo ille fuit iudicatus & ir-
 rufus, qui cepit edificare, & non potuit
 consummare: ita demones explodunt mul-
 torum praesertim confuendariorum propo-
 sita, qui in confessione promittunt tur-
 res & nec productur arundines! Parturient
 montes, nascetur ridiculus mus! &c.

Satisfactio.

123. Mutat poenam aeternam in levem.

Siquis posset debitum mille aureorum
 uno obolo expungere, nonne latenter id
 facere deberet? debitum quod contraximus
 per peccatum letale ingens est, obolo
 id expungimus, si in hoc mundo satisfi-
 ciamus. B. ferm. 55. n. 30.

Quid debet Domino meo, quarebat
 iniquus ille negotiator, & centum cados
 olei? scribe quinquaginta: sic fit per peni-
 tentiam iniunctam in confessione. B.
 ferm. 55. n. 27. & Sanch. 4. part. c. 7. l. 326.

Sceleratus Rex Achab poenitentiam
 agens, cooperuit se cilicio, jejunavit,
 dormivit in sacco, ambulavit demisso
 capite, atque fecit pro delictis suis.
 Quid effecit? aut quid a peccatis in-
 fligenda. Si hoc in homine perverso,
 & scelerato, quid non speret poenitens
 vere contritus, & serio conversus?

Fides nobis deficit, quia non credimus
 gravitatem peccatorum in altera vita: In-
 firmus impatienter tolerabat dolores suae
 agritudinis & dissolvi cupiebat. Apparuit
 illi Angelus, optionemque illi dedit, an
 morbum hunc biennio adhuc pro peccatis
 tolerare, aut illa per triduum in purga-
 torio explare mallet? Elegit infirmus
 triduum purgatorii! verum cum vix horam
 ibi arderet, indignatus est Angelus,
 quod mendicaret se decessisse! promisit
 illi triduum, aiebat, & jam pluribus
 annis in hac flamma crucior! apparuit
 illi iterum Angelus, edixitque: necdum
 effluxisse horam! tunc deplorans ille suam
 insipientiam obtulit se Deo, & interces-
 sione Angelus obtulit se Deo, & morbum
 suum compluribus annis perferre malit.
 S. Antonin. p. 4. sum. tit. 14. c. 10. §. 4.
 Flores exempl. tit. 50. Ex. 1.

124. Est necessaria ad impetrandam veniam.

Zachaeo promisit Christus: Hodie salus
 huic domui. Quia & hodie restituit: ad
 salutem impetrandam necesse est ut sta-

tim restituit, occasionem fugias &c. alias
 absolutio sacramentalis inefficax est, quia
 se sola non sufficit &c. B. ferm. 55. n. 31.

Christus dicit: Non omnis, qui dicit
 mihi Domine Domine, intrabit in regnum
 caelorum. Quare autem non intrabit?
 Quia, ut ait S. Vincentius Ferrerius, Ferr. ser.
 non tantum bis, sed ter debet dicere Do-
 mine: In corde per contritionem, in ore
 per confessionem, & in opere per satisfi-
 cationem. Satisfaciendum est Deo &
 proximo: Deo per opera poenalia, pro-
 ximo per restitutionem, siquam debes.
 La Selv. in Adventual. conc. 14. §. 1.

Sed ais: Nunquid Christus pro nobis
 abundanter satisfecit? Omnino satisfecit,
 sed non sine nostra cooperatione: Nun-
 quid Christus etiam pro nobis oravit?
 Et tamen quotidie orare debemus: Di-
 mitte nobis debita nostra: ergo sicut Chri-
 stus nostram orationem, ita & nostram sat-
 isfactionem requirit. Hinc ait Aposto-
 lus: Adimpleo ea, quae desunt passionum Coloss. 4.
 Christi in carne mea. Christus Dominus
 loco nostri auterem proferus poenitentiam
 egit, & tamen dicit: Nisi poenitentiam
 egeritis, omnes simul peribitis.

Si subditus rebellis Regi suo coronam
 auferat, an non teneatur ad satisfactionem
 ideo quia Rex est dignissimus, qui plures
 coronas sibi comparare potest? Minime
 vero! Parem in modum, etiam si Deus
 ex se non indigeat operibus hominis,
 peccator tamen teneatur illi satisfacere,
 cui per peccatum, ut ita dicam, rebellis
 coronam auferre voluit. &c.

125. Debet esse proportionata delicto.

Christus ter rogavit Petrum, amas
 me? cur ter? Resp. Ut trius negotio
 trina confessio responderet. M. conc. 8.
 art. 3. n. 8.

Poenitentia improporionata, & nimis
 levis, quas saepe confessarii injungunt,
 faciunt, ut peccatum pro levi malo re-
 putetur. Si peccata iis poenis plecteren-
 tur, quae in primitiva Ecclesia erant in
 usu, non is, qui nunc est, flagitiorum
 torrens Christianas provincias inundaret.
 P. p. 3. dif. 19. n. 13.

Quaes, quoniam satisfactio maxime
 fit proportionata delicto? Respondeo
 quae ex vera Dei caritate procedit, hac
 enim motum est sinceram & perfectam
 contritionis. Peccator maximus, luxurie
 sceleribus fordibus, effusus lacrymis pec-
 cata sua confitebatur suo Episcopo, in-
 terrogans, quo supplicio Deum offensum pla-

placare, eique satisfacere posset: Respon-
 dit Episcopus: Postquam deleri tua pecca-
 ta, si paratus sis quam tibi dictabo, sat-
 isfactionem prestare. Paratus sum, aie-
 bat poenitens! Age ergo, septennem poe-
 nitentiam age! Agam, ait peccator, non
 tantum septennio, sed per omnem vitam
 usque ad ultimum halitum. Admiratus
 Confessor subintravit mitius: Volo, ut
 per tres dies in pane & aqua jeunes!
 Poenitens in lacrymis effusus rogabat du-
 rioris haberi! Episcopus ex dispositione
 poenitens solatio plenus, sufficite, aie-
 bat, ut tria Pater & Ave recites, certus
 que esto, remissa tibi esse peccata. Ita
 Thomas Cantipratanus.

Similiter & caritas erga proximum ef-
 ficax est ad delenda peccata, juxta illud:
 Eleemosyna extinguit peccatum, & cari-
 tas operit multitudinem peccatorum. &c.

126. Olim exigebatur rigorosa, nunc est valde tepida.

Auditum terribile est, quam rigorosa
 poenitentia a Pontifice Innocentio puni-
 fuerint interfectores Conradi Episcopi
 Herbipolensis: Inprimis comparere debe-
 bant coram Pontifice & populo facies
 induri, & funem e collo gerentes, dein
 jussi sunt itinerari nudis pedibus in ter-
 ram sanctam, & ibi triennio contra Sa-
 racenos militare, interdicti sunt omnibus
 comediis, lusuibus, armis, veste colorata,
 & secundo Matrimonio. Praeterea debe-
 bant omni carne abstinere, diebus esortia-
 libus solo pane & aqua jejunare, ter an-
 nuarium quadragesimale jejunium observa-
 re, quotidie centies orationem Domini-
 canam, genuflexiones autem quinquagesimas
 repetere, in itinere et terra sancta in pa-
 triam singulas urbes nudis pedibus, fune
 e collo pendente, & virgam in
 manibus portantes transire, quarentibus
 quibusque suum latrocinium faceri, dein
 Romam redire: & cetera Pontificis iussa
 praestolari. &c. D. 7. 99.

S. Dunstanus Regi Edgardo, qui cum
 Virgine peccaverat, septenne jejunium,
 & satisfactionem caenobii injungit. S. Am-
 brosius Imperatorem Theodosium ob ce-
 dum Theosalonica factam a fidelium com-
 munionem excludit, aliasque poenas injun-
 git. Sanchez 4. part. c. 7. fol. 358.

Quam male igitur agunt, qui poeni-
 tentiam injunctam vel perfunctorie per-
 agunt, vel contra confessarium sua spe-
 rigidorem murmurant. Cogitent, quam
 graves poenitentiae in primitiva Ecclesia

pro uno peccato mortali, quinque, fe-
 prem, aut plurium amorum fuerint in-
 juncta, intra quod tempus, teste Bellar-
 mino, poenitentes jejunii, cilicii, &
 orationibus mirifice se assidue debebant.
 O quantum distans ab illis!

Merito igitur modernis poenitentibus
 dici potest, quod olim servi hero fu-
 Naaman: Si rem gravem tibi dixisset
 Propheta, facere debuisset, quanto magis, qui
 nunc dicitur: Lavare, & mundaberis! &c.

EXTREMA UNCTIO.

127. A quo & quando instituta?

Christo Domino est instituta, & a
 S. Jacobo Apost. promulgata.
 Altiq existimant Christum hoc Sa-
 cramentum instituisse Marci Sexto, ubi
 Salvator duodecim ad se vocatos, binos
 & binos cum certa potestate misit, ubi
 subintravit: Exeuntes praedicabunt poeni-
 tentiam, & a demonia multa ejicient,
 & ungebant oleo multos egrotos, & sana-
 bant.

Probabilius tamen dicitur, Christum
 instituisse hoc Sacramentum post resurre-
 ctionem, intra illos quadraginta dies,
 quo tempore conversatus cum Apostolis,
 loquebatur de regno aeterno, & de Ec-
 clesia, quae regnum Dei vocatur, ordi-
 nando ea, quae postea observaturient
 Apostoli, praesertim circa Sacramenta,
 & Ecclesiae Ordinem Hierarchicum; quia
 plene tunc Ecclesiam fundabat, antequam
 ex hoc mundo discederet, inter alia com-
 munionem dedit Jacobo Apostolo
 mulgandi hoc Sacramentum, his ver-
 bis: Infirmatur quis in vobis? &c. quae
 sequuntur.

Christus Dominus ipse propriis mani-
 bus Sanctae Lydiae triginta octo annis
 agrotanti, & ad extrema deduxit Sacra-
 mentum Unctionis ministravit, ac tam-
 dem cereum morientem in manus tradi-
 dit, donec spiritum exhalavit.

128. Cur & quomodo in finem instituta?

Christianus, qui a Christo dicitur Un-
 ctus & luctator contra diabolum ter in
 vita inaugurat: In Baptismo per chrysmam
 in vertice, & per oleum sacrum in sca-
 pulis & pectore, ut sic initiatur ad lu-
 dam contra hostes suae animae & salutis.
 In Confirmatione in fronte, ut ampliori
 fortitudine roboratus non vereatur publi-
 ce confiteri fidem, eamque contra hos-
 tes.

Bellarmin.
Tom. 2.
& controu.
l. 1. c. 21.
& 22.

4. Res. 9.

Joan. 20.
Act. 1.

Mat. 5.

Scribit
14. Apoc.